

Vestrorum Decus ac Delicium Salve.

Invideo (liceat dicere) infelicitatem suam filio meo ANDREAE, qui pugnabit, ut fortis esset; ut te videret, et Beneficiis cumularetur, captus est. Non igitur vinci turpe semper aut inglorium. Effecisti incredibili Humanitate tua, ut etiam in captivitate libertas, in hoste Amicitia inveniretur. Haec me si fortuna involvat, inter prospera tristem Belli casum numerem, majus mecum lytro Beneficium relaturus. A postliminio suo filius nihil sanctius habuit, quam ut statim de felici infelicitate sua certiosem me faceret: totus in laudibus tuis, ut quemadmodum vultum veneratus est, magis etiam animum virtutesque depraedicaret. Gaudeo igitur, postquam dolere potui: Hostilitas Hospitalitas facta est. Sed quam tandem gratiam pro tot iam Beneficiis referam? MAXIMILIANVS meus ne capi à militibus vestris posset, à Principe obtinisti: ANDREAE capto, tanquam non capto, benignus es, et in filiis de patre bene mereri pergis. Ecce ut agnoscam, quam veementem obstrictus sim, novum, sed parvum tamen, munus ingenii mitto, ut pignoris loco sit. CAROLI V. Imperatoris Elogium est, non Magni, sed verè Maximi: qui unus ostendit, quid sit, verè Imperatorem esse, quid, inter Austriacos emnere. Haec quia Bella sunt, non videbor Castra perturbare: si ad quietem redieris, ad studia cogula pertinere. Sic te veneror, uberius propediem, rursusque de Anagrammatismo scripturus; quem tuo ingenio velim incontentiorem reddere. Vale Virtutum ac Literarum amor. Lovanii, in Arce, ipso Antuvanæ Aequinoctio, M. DC. XLIII. Salutem et gratiam Clarissimus quoque TULDENUS dicit;

Semper ego, qui Humanitati tuae  
obnoxius vivo, E. Puteanus.



Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





Nobilissimo et Summo Viri  
D. CONSTANTINO HUYGENIO,  
Equiti,  
Domino de Zuyhesen,  
Principi à-Consilijs, et Secretis.

Hagom.

982

Hug. 37.

Handwritten text in a cursive script, likely Latin or Dutch, is visible on the left side of the document. The text is partially obscured by a large black tear on the left edge and a smaller black tear near the center. The visible words include "D. COMPTABILITAS ALGEBRA" and "Edmondus de Witt".

Handwritten text, possibly a signature or name, located on the right side of the document.

A rectangular piece of aged, yellowish paper or tape is affixed to the lower center of the document.

A rectangular piece of aged, yellowish paper or tape is affixed to the upper right side of the document.